

4
congruam futuram marinarum adhuc immaturam,
et imperfectam ac denuo perficiendarum iudicio, que
à materia lutea statim in suis primordiis casualiter
sub aquis involuta tandem una simul in talem massam
lapideam viduere, in qua quasi integra, et omnino
da tam Testaceorum, quam Crustaceorum minima
supellex quandoque exactè observare licet. Quòd verò
de Cornibus Ammonis profèram, ut ingenuè fateor,
profèctò adhuc dubius hæreo, eorum enim structura
tam mirabilis, et abrupta videtur, ut certè sphæro
versuta requiratur ad divinandum genuinam eorum
conditionem, et naturam: Hoc autem certum est quòd
ad marina pertineant, cum illis quandoque fibulari Ver-
miculares ad adherere solent, an forte aliquòd pecu-
liare genus Erucarum marinarum in mari immobili-
um constituere valeant, dubius hæreo. Denique etiam
conatus sum Echinos marinos in meliorem ordinem redi-
gere secundum modum mihi usitatum, nimirum à figu-
rà et structura desumptam; licet me non lateat, in hoc
pæso iam plures celeberrimos viros operam suam collo-
casse, et quidem non sine fructu, ac quasi cum generali
Litteratorum applausu: verum cum vitò quidquam sub-
sistat, cui non possit quandoque ad maiorem perfectionem
aut limam quidquam detrahi, aut glutine adiungi, prop-
terea etiam mea cogitata, qualia cunque demum sint,
sui de hac materia addere volui. Denique avinosti imagi-
nes præclaras, monochromas omni possibili industria
elaboratas,